Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



vel auem vel serpentem vel beluam aliquam creare
et sciunt et voluit per suam bonitatem Quare ego non
lapis vel arbor vel aliqua belua quia sic ordinauit
tua bonitas ut hec ordinaret non precesserunt
merita mea.

Unde hec michi domine vnde lau
des ad laudandum te sicut fecis
ti me sine me sicut complacuit
ante te ita laus est tibi sine me
sicut complacet ante te laus tua
domine tu ipse es laudent te opera
tua secundum multitudinem
magnitudinis tue laus tua domine incomprehen
sibilis est cor non comprehendit ore non mensuratur
aure non percipitur quia ista transeunt et laus tua
manet in eternum Cogitacio incipit cogitacio finitur
vox sonat et transit Auris audit et auditus transit
laus nostra tua in eternum stat Quis ergo est qui te lau
dat quis homo annunciat laudem tuam laus tua
perpetua est transitoria non est hic te laudat qui te
ipsum laudem tuam credit hic te laudat qui seipsum
scit in tua laude non posse pertingere laus tua perpetua
que nunquam pertransit in te est laus nostra Inte lau
dabitur anima mea non nos laudamus te sed per te
et in te nobis est laus in te Tunc veram habemus laudem
quando a te habemus laudem quando lux approbat lucem
quia tu vera lux tribuis veram lucem Quociens ab a
lio quam a te querimus laudem tociens a te amitti
mus laudem quia illa transitoria est sed tua eterna.
Si transitoriam querimus eternam amittimus
si eternam volumus transitoriam non amemus
Laus eterna domine deus meus a quo omnis laus sum
quo nulla est laus Non valeo laudare te sine te
habeam te laudabo te Quid enim sum ego domine